

tribui posse videtur, quam eos aliquam fidem traditioni veteri addidisse. Grata vero fuit Alexandro ista de Baccho narratio, ut milites ejus, aemulatione quadam rerum a Baccho gestarum, longinquiores cum eo militiam non detrectarent, ut patet ex lib. V. Exped. 2, 1. cf. De St. Croix Examen des anciens Historiens d'Alexandre - le - Grand pag. 90. Freinshem. ad Curt. VIII, 10, 11. et Diod. II, 38. cum notis P. Wesselingii. De monumentis Bacchi apud Indos vide c. 5, 9. seqq. et de muneribus ejus in Indos c. 7, 5. seqq.

8. Massaca vel Massaga, ut scribitur in Expeditione, (Masoga apud Strab., Mazagae apud Curtium,) non sine magno Macedonum labore expugnabantur. Peucela conditione subacta sunt. In Exped. IV, 28, 10. urbs illa minus recte Peucelaotis nominatur, et apud Strabonem Peucolaetis, quae terminatio non urbium, sed regionum esse solet. Reliquae urbes hujus regionis, quae in Expeditione nominantur, sunt Bazira (unde hodiernum nomen Bishorenatum videtur), Ora, Embolima, Orobatis, Dyrta et Aornus, petra.

II. Τα δὲ ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ ἵ
ὡς ἔω, τοῦτό μοι ἔσω ἢ τῶν
Ἰνδῶν γῆ, καὶ Ἰνδοὶ οὗτοι
ἔσωσαν. Ὅροι δὲ τῆς Ἰνδῶν
γῆς, πρὸς μὲν βορέου ἀνέμου
ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος. Καλέεται
δὲ ἔ Ταῦρος ἔτι ἐν τῇ γῇ

II. Quae vero regio ab Indo orientem versus est, eam ego Indiam appello, quique eas partes incolunt, Indos. Terminatur autem India à septentrione, Taurro monte: qui quidem non amplius in eâ regione no-

NOTAE CRITICAE AD CAP. II.

1. ὡς ἔω — ex Opt. pro vulgato πρὸς ἔω. Plenum est ὡς ἐπὶ, ex. c. ὡς ἐπὶ τὸν Ἀἴμον Exped. I, 2, 1. 6, 16. etc. vel ὡς πρὸς, ex. c. ὡς πρὸς τὴν θάλασσαν, Exped. II, 9, 1. 4. VII, 11, 6. etc. Interdum vero praepositio omittitur; ut: ὡς Ἀλέξανδρον I, 4, 9. ὡς Ταξίλην IV, 22, 9.
2. καλέεται δὲ ὁ Ταῦρος ἔτι — Si Taurus retineret in ea regione nomen istud, prorsus abundaret hoc monitum, Taurum ibi adhuc Taurum vocari. Sed statim addit auctor, montem ab incolis vel Paropamisum vel Emodum